

Et antíquum documéntum Novo cedat rí-tu- i: Præ-



stet fides suppleméntum Sénsu- um de- fé-ctu- i.



6 Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-tóque Laus et iubi-lá-ti- o, Sa-



lus, honor, virtus quoque Sit et bene-díctí- o: Pro-



cedénti ab utróque Compar sit laudá-ti- o. A-men.

# Feria sexta in Passione et Morte Domini

## Psalmus responsorius post I lectionem E I

### Canticum Habacuc



℣. 1 Egréssus es in salú-tem pópu-*li* **tu**- i. ℟. In sa-



lú-tem cum Christo tu- o.



℣. 2 Dómine, audí-vi audi-ti- ónem **tu**- am, * *et*



**tí**mu- i. ℟. In sa-lú-tem. ℣. 3... vi-ví- fi-*ca* **il**lud.

3 Dómine, opus **tu**um, * in médio annórum vivífi*ca* **il**lud. ℟. In salútem.

4 In médio annórum notum **fá**cies: * cum irátus fúeris, misericórdiæ re*cor***dá**beris. ℟. In salútem.

5 Ibi abscóndita est fortitúdo eius: * ante fáciem *eius* **i**bit mors. ℟. In salútem.

6 Et egrediétur diábolus ante pedes eius. * Stetit, et mensus *est* **ter**ram. ℟. In salútem.

7 Aspéxit, et dissólvit **gen**tes: * et contríti sunt mon*tes* **sæ**culi. ℟. In salútem.

8 Incurváti sunt colles **mundi**, * ab itinéribus æternitá*tis* **eius**. ℟. In salútem.
9 Sol et luna stetérunt in habitáculo suo, ' in luce sagittárum tu**á**rum, * ibunt in splendóre fulgurántis has*tæ* **tuæ**. ℟. In salútem.
10 In frémitu conculcábis **terram**: * in furóre obstupefáci*es* **gentes**. ℟. In salútem.

### Psalmus responsorius post II lectionem D I e

### Psalmus 139



℣. I E-ripe me, Dómine, ab hó*mi-ne* **ma-** lo. ℟. A



vi-ro i-níquo líbe-ra me, Dómine.



℣. 2 Qui co-gi-tavé-runt i-niqui-tá-tes in **cor-** de: * to-



ta di- e consti-tu- *é-bant* **prœ**-li- a. ℟. A vi-ro.

3 Acuérunt linguas suas sicut ser**pén**tis: * venénum áspidum sub lábi*is* *e***órum**. ℟. A viro.
4 Custódi me, Dómine, de manu pecca**tó**ris: * et ab homínibus iníquis *éri***pe** me. ℟. A viro.
5 Qui cogitavérunt supplantáre gressus **meos**. * Abscondérunt supérbi lá*queum* **mihi**. ℟. A viro.
6 Et funes extendérunt in **lá**queum: * iuxta iter scándalum posu*érunt* **mihi**. ℟. A viro.



7 Dixi Dómino: Deus meus **es** tu: * exáudi, Dómine, vocem deprecati*ónis* **meae**. ℟. A viro.
8 Dómine, Dómine, virtus salútis **meæ**: * obumbrásti super caput meum in *die* **belli**. ℟. A viro.
9 Ne tradas me, Dómine, a desidério meo peccatóri: ' cogitavérunt **con**tra me, * ne derelínquas me, ne forte *exal***tén**tur. ℟. A viro.

## Ad detegendam S. Crucem

Sacerdos



Ecce lignum Cru-cis, in quo sa-lus mundi pepén-

Omnes



dit. ℟. Ve-ní-te, adorémus.

Et ter cantat sacerdos elevando vocem gradatim.

## Ad adorationem S. Crucis

### Antiphona

IV A



P ópu-le me- us, * quid fe-ci ti-bi? aut quid mo-



léstus fu- i? respónde mi-hi.

### Improperia



℣. I *E-go* propter te flagellá-vi Aegýptum cum primo-



gé-*ni-tis* **su-** is: * et tu me flagellá-*tum tra-di***dí-** sti.



Ant. Pópu-le me- us.

2 *Ego* te edúxi de Aegýpto, demérso Pharaóne in *mare* **Ru**brum: * et tu me tradidísti princípi*bus sacer***dó**tum. Ant. Pópule.
3 *Ego* ante te apé*rui* **mare**: * et tu aperuísti lánce*a latus* **meum**. Ant. Pópule.
4 *Ego* ante te præívi in co*lúmna* **nubis**: * et tu me duxísti ad præt*órium Pi***lá**ti. Ant. Pópule.
5 *Ego* te pavi manna *per de***sér**tum: * et tu me cecidísti ála*pis et flagé***llis**. Ant. Pópule.
6 *Ego* te potávi aqua salú*tis de* **petra**: * et tu me potásti fel*le et* a**céto**. Ant. Pópule.
7 *Ego* propter te Chananæórum re*ges per***cús**si: * et tu percussísti arúndi*ne caput* **meum**. Ant. Pópule.
8 *Ego* dedi tibi scep*trum re***gá**le: * et tu dedísti cápiti meo spí*neam co***ró**nam. Ant. Pópule.
9 *Ego* te exaltávi ma*gna vir***tú**te: * et tu me suspendísti in pa*tíbulo* **Cru**cis. Ant. Pópule.

Deinde cantatur sequens antiphona:

IV E



Crucem tu- am * ado-rámus, Dó-mine: et sanctam



resurrecti- ónem tu- am laudámus et glo-ri- fi-cámus:





ecce e-nim propter lignum ve- nit gáudi- um in



uni- vérso mundo. Ps. 66. De- us mi-se-re- á-tur nostri,



et bene-dícat no-bis: * illúminet vultum su-um super



nos, et mi-se-re- á-tur nostri. Ant. Crucem tu- am.

## Ad translationem Sacramenti



℣. 1 Ado-rámus te, Christe. ℟. Et bene-dí-cimus ti-bi.



℣. 2 Qui- a per Crucem **tu-** am redemísti **mun**dum.



℟. Et bene-dí-cimus ti-bi. ℣. 4... red**émit** nos.

3 Per lignum servi facti **sumus**, * et per sanctam Crucem liberáti **sumus**. ℟. Et benedícimus.
4 Fructus árboris se**dúx**it nos, * Fílius Dei red**émit** nos. ℟. Et benedícimus.

## Ad communionem

**Antiphona** ad libitum

II D



Dó-minus * tamquam o-vis ad víc-timam ductus



est, et non a-pé- ru- it os su- um.

**Psalmus 21**



℣. 1 *De- us,* De- us me- us, réspi-ce in me: † quare



me de-re-li-**quí**- sti? * longe a sa-lú-te me- a verba



de-lictórum *me-* **ó**- rum. Ant. Dó-minus.

2 *Deus* meus, clamábo per diem, et non ex**áu**dies: * et nocte, et non ad insipiénti*am* **mi**hi. Ant. Dóminus.
3 *In te* speravérunt patres **no**stri: * speravérunt, et liberá*sti* eos. Ant. Dóminus.
4 *Ego* autem sum vermis, et non **ho**mo: * oppróbrium hóminum, et abiécti*o* **ple**bis. Ant. Dóminus.
5 *Omnes* vidéntes me, deri**sé**runt me: * locúti sunt lábiis, et mové*runt* **ca**put. Ant. Dóminus.
6 *Sperá*vit in Dómino, erípiat **eum**: * salvum fáciat eum, quóniam *vult* **eum**. Ant. Dóminus.



7 *Quóni*am tu es, qui extraxísti me de **ven**tre: * spes mea ab ubéribus ma*tris* **meæ**. Ant. Dóminus.
8 *Quóni*am tribulátio próxi**ma** est: * quóniam non est *qui* **ádi**uvet. Ant. Dóminus.
9 *Sicut* aqua ef**fú**sus sum: * et dispérsa sunt ómnia os*sa* **mea**. Ant. Dóminus.
10 *Fodé*runt manus meas et pedes **me**os: * dinumeravérunt ómnia os*sa* **mea**. Ant. Dóminus.

Non dicitur Glória Patri.